

www.e-rara.ch

Polydori Vergilii Urbinatis de rerum inventoribus libri octo

Vergilius, Polydorus

Basileae, 1575

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24>

Polydorus Vergilius Urbinas, Ludovico Odaxio Patavino, s. d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

POLYDORVS VER

GILIVS VRBINAS, LVDOVI

CO ODAXIO PATAVINO,

S. D.



VM equidem nescius, Ludovice Odaxi, qua venia digni accipiantur illi, qui longè à vero aberrâtes, in fabulis duntaxat nervos profum omnes contenderint. In quorum sanè numero, cùm poëtæ, tũ veteres philosophi maximè sunt. Sed illis quorum proprium est nugas sectari, ignoscendum est. his autem non itè: quippe qui quum veritatis, quæ sicut præclare Pindarus ait, magnum est virtutis principium, inuestigandæ gratia, talem scribendæ materiam nasti essent, vt eam suapte natura sese illis sæpius offerentem, facile comprehendere possent, adeo in obscuris versati sunt tenebris, vt pro veritate, magis magisq; fingendi fabulas materiã præbuerint. Etenim, vt de initiis rerum, de mûdi fabrica taceam, quum de Deo aut cæli motu differerent, physica quadam ratione, multò nempe maiorem quàm foret, deorũ multitudinem reddiderunt, qui induti specie humana fabulas poëtis suppeditarunt, hominum autem vitam superstitione omni referferunt, veluti qui deinde viros beneficiis excellentes in

cælum, fama ac voluntate tollere consueverint. Quæ tamen summæ leuitatis plena sunt, dicuntur tamen, & stultissimè creduntur. Sed ipsos philosophos, quò sapiètiæ laudem adepti essent, eò quòd pleno gressu veritatem sequi viderentur, nihil profectò, vt arbitròr, tà deuios egit, quàm veri Dei ignoratio: ex quo haud dubiè tot fabularum delirationes manarunt, tunc potissimè quò futilis esset hominum simplicitas: nam nostro tempore, quo quidem impendiò magis homines sapiunt, quis huiuscemodi deos colit, quorum accipimus cupiditates, ægritudines, iracundias, bella, vulnera, libidines? Quis harpyias fuisse, aut chimæram monstrum putat? Quæ uè anus tam excors inueniri potest, quæ illa quæ quondam credebatur apud inferos portenta extimescat? Quis tam hebetis ingenij est, vt metuat ne supra se cælum labet? sicut Galli Adriæ vicini, Magno olim Alexandro percontanti, quidnam esset quod maximè pertimescerent, sese formidare id tantum respondisse dicuntur. Vbi gentium mensa Solis est, quæ diuinitus epulas suppeditet, quam Æthiopes se quòdam habere iactabât? Verissimè igitur M. Tullius inquit, diem opinionum commenta delere, naturæ iudicia confirmare, quoniam solum tempus veritatis est parens. Quare hoc fabulis fidem habendi vitium, magis temporum quàm

quos deos vocāt, quædam assignauimus, ea ipsa tamen illis tanquā mortalibus, non tanquam diis, licet ipse quoque deos nuncupauerim, attribuimus. Haud me fugit insuper, quosdam maleuolentissimos fore, qui industriā nostrā fortasse temeritatē appellabunt, quia ego solus de rerū inuētoribus scribere ausus sum, quod nemo ante me, præter Plin. particulatim tentarat, qui in 7. Natur. histor. de hac re strictim admodū meminit, fabulas sic sequutus, ut minus veritatē inuestigarit. Verū illud prorsus ignorabūt, id multò esse præclarior, quò difficilius extiterit. Ecquid enim laudis assequutus esset Cæsar, si facile fuisset Britānis bellum inferre? aut Annibal quantum gloriæ sibi cōparasset, si peruias Alpes dum Italiā adiret, citra, ut dicitur, puluerem sudorēque, ac non magna suorū cēde, fecisset? Propter quod nos etiā hoc opus, et si arduū, magno animo suscepimus, maturauimusque: in quo si quid desiderabitur, nemini mirū sit, quando multa nō modò vetera, sed noua inuenta sunt, quorū, ut in extremo tertio operis libro perspicuè demonstrauimus, inuētores in densissimis omnino umbris latent. Non idcirco tamē inficior (haud enim tantum mihi assumo, quū sint hodie plures longè me doctiores) quin possit quispiā de hac re, veluti de prouerbiis, quorum libellum proximo anno Guidoni principi Urbini
Duci

Duci inscripsimus, copiosius tradere. Verùm quicumq; hoc vel illud posthac ingredietur iter, quia nos primi stadiũ cucurrimus, is for tasse nostra vestigia sequi non grauabitur. Has autem, qualescũq; sunt lucubrationes, in quibus multarum rerũ origo continetur, nemini cõuenientius dicari posse, vel debere iudicauì, quàm tibi, qui ad vnguẽ scriptorum omniũ monimẽta noris: nam, vti diuus Hieron. inquit, illi tertium Vergilij Æneid. librum lucidius intuentur, qui à Troade per Leucadem, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad ostium Tyberinum nauigarint: qui insuper sic Guidoni Urbini duci nostro ab ineunte eius ætate, à diuo Federico, vt olim à Philippo Macedone Magno Alexãdro Aristoteles, præceptor datus es: qui quum te duce, vtriusque linguæ peritissimus euaserit, haud equidẽ immeritò præ omnibus ei charissimus es, apud quem, vt par est, summũ dignitatis gradum tenes, à quo denique tantis, quanti certè fieri debes. Accipe igitur, Ludouice Odaxi, hilaro vultu, hoc opus à Polydoro tuo Vergilio, idq; ea frontis seueritate perlegito, qua eiusmodi scripta legere consueuisti. Vale: Urbini,

Nonis Augusti, An-

no 1499.

α iiij